

Prologus

Incipit prologus in dyalogum dictum Malogranatum.

Et dabo tibi mustum malorum granatorum meorum. Cantico. viij. Spū sanctus sua benigna inspiratione ac gratiosa visitatione diversis libris diversorum doctorum semper ab initio suorum solatus est ecclesiam fidelium. renouando semper et multipli cando. ideo amoroze alloquitur eam et dicit. Et dabo tibi mustum malorum granatorum meorum. Renouando. quod dabo tibi mustum. quod secundum bedam est vinum e lacu nouiter sublatum. maiorisq; soleat esse feruoris. cum enim semper innovat semper novum feruorem inspirat. Actu. iiij. Quia musto pleni sunt. Quid triplicando. quod infert. malorum granatorum meorum. Iohann. vlti. Nec ipsum arbitror mundū capere eos qui scribendi sunt libri. Ex quo presentem librum videlicet Malogranatum sic intitulatum suis electis pedicatoe atque solatione sua benigna dispensando etri buere dignatus est qui reuera plenus est doctrina veritate et solatione. qui etiam satis pruenienter ac paratiue a malogranato tali pomo nomen accipit. Nam ut dicit Dapias malogranatum infra corticis rotunditatē multitudinem prinet granorum. sic presens liber infra appendiū sui tractatus multitudinem prinet dogmatum et sententiā diversorum doctorum. Unde aduersus tendū et triplex ratio in grammaticalorum granatorum est consideranda. videlicet parvitas. ordo. et candor seu rubicunditas. Et si in hoc presens appendium in tres partibus est divisus. Primus ergo liber qui tractat de statu incipientium notarū in parvitate granorum. quod nisi status incipientium fundet super par-

titatem. i. humilitatem nequam cresceret et proficeret. testante veritate in euangelio. que ait Matth. xvij. Si conuerteritis et efficiamini sicut parvuli non intrabitis in regnum celorum. Et iuxta sententiam beati augustinus. dicentes. Si cogitas magnam fabricā construere celitudinis. prius cogita de subdamento humilitatis. Quod et brevis Hieronimus astrictus dicens. fundamentum et custos omnium virtutum est humilitas. Nam sicut superbia fuit causa ruine. ita econtrario humilitas est via recta hominis in veram beatitudinem directa. Matth. vii. Et reveri sunt per aliam viam in regionem suam. ubi dicit gregorius. in omelia. quod sicut ab eterna patri recessimus per superbiam. ita per aliam humilitatis viam redire debemus. Et hoc aperte innuit beatus Bernardus. in quodam sermone sic dicens. Perseverate in disciplina quam suscepistis ut per humilitatem ad sublimitatem ascendatis. quia haec est via et non est alia preter ipsas. qui aliter vadit cadit portius quam ascendat. quia sola est humilitas que exaltat. sola que ducit ad vitam. haec bernardus. Ideo per parvitatem granorum malogranatorum notarū primus liber Malogranati. Secundus autem liber qui tractat de statu proficientiū notatur in ordine granorum malogranati. quia ibi est mira et quedam pulchra ordinis opificio. Sic liber secundus tractat de pulcro ordine proficientium. et quomodo iterum de virtute in virtutem. ut patet distinctione secundā huius secundi libri. ubi docet quod proficientes primo debent aggredi virtutem timoris. ex quo nascitur bona voluntas. ex bona voluntate superius cognitio et sic de aliis. Tercius liber qui tractat de statu perfectiorum notatur in candore granorum malogranatorum. quia rubicunda

a. q.

Prologus

sunt et per lucida perfectiorum namque statutus in sapientie studio consistit. Quia secundum apostolum. i. cor. ii. Sapientia loquitur inter perfectos que quidem sapientia est candor lucis eternae et spiculum sine macula dimine maiestatis etymago bonitatis illius sapienti. viii. Ipsa namque sapientia candida facit et illuminat mentem ad cognitionem vere lucis et instruit de supernis cum sit rerum divinarum contemplatio. Unde dicit beatus Hieronimus super dan. Sapientia est margarita celestis splendens in speculo cordis et est lux quedam veritatis purissima. totam mentem irradians ad contemplandum teum de qua satis pulcre pertactatur in tertio libro. igitur per candorem notam tercitis liber. Isti etiam tres libri. ix. distinctiones continent secundum numerum malogranatorum descriptorum. paralipomeno. iiiij. obi dicitur. Ita ut nouem ordinines malorum granatorum singulis reticulis iungerentur. Reticula sunt biclibri principales quibus nouem ordinines malorum granatorum id est novem distinctiones iungentur. Nam. ix. ordines malorum granatorum sunt novem operationes virtuose quibus tres ierarchie mentales perficiuntur. Prima operatio virtuosa est conuersio hominis ad teum et est prima distinctio huius libri et sic de alijs ut patet in figura sequenti.

Explicit prologus.

tabulæ

Prima distinctio de conversione hominis ad teum.

Primus liber de statu incipientium

Secunda distinctio de contritione et confessione.

Tertia distinctio de satisfactione.

Prima distinctio de viciorum detestatione

Secundus liber de statu proficientium

Secunda distinctio de virtutum operatione

Tertia distinctio de temptationum perpessione.

Prima distinctio de cordis mundicia.

Tercius liber de statu prefectorum

Secunda distinctio de dei et proximi caritate.

Tertia distinctio de creatoris omnium contemplatione.

Sequitur tabula

capitulorum secundum ordinem totius libri. Et primo de prolemio